



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Bonis Operibus Docto. Martini Lutheri Liber

Luther, Martin

Vuittemberge, 1521

VD16 L 7151

Vigesimooctavo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33333

VIGESIMOOCTAVO.

¶ Ad hæc huius præcepti opera sunt, ne iuremus, execremur, mentiamur, decipiamus, incantemus, sancto nomine dei, non reliquos exerceamus abusus. Quæ tam grandia sunt, quàm omnibus in vniuersum notissima. Hæc enim peccata fere sola in hoc præcepto sunt & prædicata & nunciata. In quibus etiam comprehensum est, vt prohibeamus etiam alijs mētiri, iurare, decipere, execrari, incantare & alijs modis nomine dei peccare. Quibus etiā multæ dantur causæ vt ad facienda bona, ita ad inhibenda mala. Sed maximum & grauissimum omnium operum huius præcepti est, sanctū nomē dei cōtra oēs eius spirituales abusus tueri, idq; pmouere iter oēs. Neq; em̄ satis fuerit, vt p̄ me ip̄o & ime ip̄o, nomen diuinum laudem & inuocem tam in aduersis, quam in secundis rebus. Necessè enim est vt pro deam, pro dei gloria & nomine me ipsum onerans inimicis omnium hoim. Sicut Christus suis discipulis aiebat, Odio eritis propter nomen meum omnibus hominibus. Hic oportet nos patrem, matrem, & optimos amicorum offendere. Hic oportet nos magistratibus & sacris & prophanis, & superioribus spiritualibus & temporalibus repugnare, & contumaces & inobedientes reprehendi. Hic oportet in nos commoueri diuites, doctos, sanctos, & quicquid est in mūdo. Et quāuis id præsertim debeant quibus officium prædicandi verbum dei commissum est, ad id tamen & vnusquisq; Christianorum postulante & tempore & loco obligatur. Nam pro dei nomine tradendum & reddendum est, quicquid habemus & possumus, & re ipsa probare nobis dei nomen, honorem, & laudem omnibus rebus esse chariora, & in ipsum super omnia confidere, ab eo omnia bona expectantes. Ita proficentes cum a nobis haberi pro summo bono, cuius nomine parati simus oia reliqua bona relinquere & dimittere.

VIGESIMONONO.

¶ Hic oportet nos repugnare omnibus iniurijs & iniquitatibus, vbi vel veritas vel iusticia laborat, & vel vim vel necessitatē patitur. Nec est vt hic personarum rationem habeamus, vt nonnulli faciunt summo opere pugnantes pro iniuria, diuitibus potentibus, & amicis illata. Vbi autē tale quidpiā fit pauperibus, abiectis, & inimicis facile conquiescunt patientes. Tales enim non inspicunt nomen dei in seipso, sed per fenestram depictam, metientes veritatem vel iusticiam secundum personas. Nunquam inueniētes oculum suum falsum, magis personā quam causam respicientem.

Defendere
gloriā nōis
diuini.